Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rario assidua recordatione. ⁊ memoria dei formam quo
dam modo eius. ac figuram animę nostrę signaculis
infigamus. quę nullis queant interturbationibus
aboleri. Sic enim ⁊ desiderium nobis diuine caritatis accidit.
dum frequens ei memoria mentem atq; animos illustrat.
et ad opus mandatorum dei erigunt. ⁊ suscitamur: rursus eripsis
caritatis opibus uel obseruatur in nobis dei caritas. uel augetur:
Et hoc puto ostendere uolente dominum inducere. aliquando
quidem si diligitis me mandata mea seruate. aliquando
si feceritis quod ego dico uobis permanetis in caritate mea. sic
ego seruaui mandata patris mei. et maneo in caritate eius.
Ex quibus edocet nos profectum nostri operis debere ex sua
uoluntate pendere. ut tamquam speculum quodam ipsum
habentes ⁊ semper ad ipsum respicientes. opus nostrum fixo
ad ipsum cordis oculo dirigamus. Sicut enim artificia que
in hac uita sunt. prospectu. quendam animo uigerunt ⁊ ita secum
hoc quod animo conceperunt. etiam in opere utuntur manu
ministerio. sic et in hoc nostro opere unus manet nobis.
iste prospectus. atq; unus terminus fixus est. quo deo pla
cere debeamus. secum hunc ergo prospectum opus dirigamus
mandatorum. Impossibile namq; est aliter stare posse opis
nostri formam. nisi uoluntas eius qui iniungit opus semper in me
moria habeatur. ut eius uoluntate seruata et laboris ac
diligentia competenter expleta. semper iungamur domino dum
eius qui opus iniunxit semper memores sumus. Sic enim
uerbi causa faber securim faciens. aut falcem. meminit
semper eius quod opus iniunxit et retinet in corde suo. cui magnitudinis. uel qualitatis uel forme iniunxerit fieri securim